TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0111

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/


Lr Jacobi Valvasor Mariage Morosini Mss

111 - Hermagora *(Fabii Quintiliani)*. — De antiquitatibus Carneae; libri quatuor — quibus additur Epistola R. D. Floriani Morocutti nec non Cronica Carneae Jacobi Valvasonii de Maniaco. — La lettera del Morocutti scritta nel 1712 in marzo è diretta a Giusto Fontanini; riporta alcune iscrizioni antiche della Carnia pubblicate poi dal Mommsen nel Corpus. Inscr. Lat., e tratta della questione del Foro Giulio. La Cronaca del Maniago fu scritta nel 1559 ed è preceduta dalla lettera-dedica al Luogot. Gio. Batta Contareno. In fine trovasi l'elenco « Abbates et Domini Mosacenses » (1082-1717).

Un vol. in-8° di pp. 160 rileg. in cartone: scrittura del sec. xviii di mano ignota.

Fabii Quintiliani

Hermagora

de

Antiquitatibus Carnee

Libri Quatuor

Quibus additur

Epistola R. D. Floriani Morocutti

Nec non

Cronica Carnee

Iacobi Valvasonii de Manïaco.

Incipit Fabius Quintilianus scripsit de Antiquitatibus patriæ suæ Carniæ libros XIV.

Nobili, et Perillustri
Tulmetii Communitati
I. C. ~~~ S. D.

Quod vetera Provinciarum mercimonia, qualitates, mores, res gestas aliquando cum turpi damnatione oblivioni perierint, aut scriptorum inopiæ, vel sane incuriæ id factitatum existimo. Quippe cum Carnica Regio, nunc Carinthiæ, Forojulijque confinium inhabitantium simplicitate, innocentiaque contempta Literarias artes fere non noverit, atque agrorum cultu fuerit delecta, scitus non prostitit homines, qui bella, qui pacis, quive fœdera, actave quæque Stylo describerent suo. Tenebris sic involuta, ac parum, nisi sibi cognita stetit diu Patria cum defluente paulumper ætate excepit animos virtus, et quos vides effloruit clementia cœli, Magistra rerum Sapientia explevit. Hinc selectis legibus Populi condicio sibi plurimarum regimine sub imperium dati, statuta sanctiones, et quæ ad bene vivendum opitulari viri sunt decreta, atque ut non modo pacis, sed belli etiam temporibus res suas tutari optime valerent, Comitiis Tulmetium veteris Provinciæ caput deportatis

2

Communitati summa rerum demandata est, quæ vero invalescentibus annis peracta sunt, quæ sors aut propria, aut aliena urgente dominatione fuerit subsecuta, unus Fabius Quintilianus Hermagora Patrio consulens nomini in unam conferre exegit his ab Archivio Publico Memorialibus decimo quinto jam exacto prope finem sæculo operam præstitum dicunt. Hujus Manuscripta male fato diu latitata, ac fere dejecta tandem non sine numine comperta tenui, sed qualia ignarus exaratoris, ex vetusta ejus, ac pene indelegibili exemplari descripsit, ut addere manum, aut in accursum codicis ire necesse fuerit, Quibus ne benemeriti Civis nostri labor degeneret, neve quæ scitu digna in Provincia evenere, incassum eant proposito Statui demandam ipsius meæ Patriæ decori auspicato prospiciens. Hic Regionis Status, conditio, mores, et quæ memoriæ oblitterata videbantur monumenta, res gestæ belli, pacisque consilia, ac futura inexperto sunt. Hæc sociali quadam necessitudine decurrunt Forojulij notitiæ videlicet, qui fuerit Patriæ harum ambitus dominatio, urbes quæ jurisdictionum Castellanarum factiones, fœdera et a Dominis defectiones, quique Germanorum, aliorumque Principum decursiones

et Inductiq, addita tum primum Scriptorij opinione, pluribus insuper auctoritatibus, et Argumentis, ubi nunc, et quale fuerit Oppidum Italicum a Cajo Julio Cæsare extructum, vel ejus nomine auguratum. Tu Nobilis interim, et ultro acris Ingenij Specimen Comunitas grato excipe Animo, quas tibi dat Concives tuos Quintilianas immortales majorum Memorias, et quas plurimis expurgatas mendis quoad fieri potuit honorifica Hermagoræ mater alter filius tuus ubi defert, et Dicat. Vale, et semper Vale. (a)

(a) Joseph Calasanctius Nobilis Istrianus, inventor hujus historiæ hanc Epistolam cum ipsa edidit circa annum 1700.

Fabii Quintiliani Hermagoræ
De Antiquitatibus
Carnicis
Liber Primus

Universam Regionem illam, quæ inter Frigidam et Timavum fluvios Carnicum agrum terminans, et Adriaticum Sinum, Istriam, Japidiam, alpesque superiores, Italiam a Germania dividentes continebat Carnorum Provinciam antiqui nominavere, ejusque

incolę Carnī populi dicebantur, cujus Metropolis fuit Aquileja Civitas Nobilissima Romanorum Colonia, circa quam Cajus Julius Cęsar dum Proconsul in Gallia bellum gerebat, tres legiones in hyberniis collocare consueverat. Omnis ea Provincię pars, quę a Flumine Tella, quod prope Tarbionum Oppidum in Tilaventum labitur, ad usque ad Mare protenditur, mutato priore nomine Forojulij dicta est, illiusque populi Forojulienses appellati, ad eorum opinor differentiam qui Forgiulienses Transpadani, Plinio teste, dicti sunt. Reliqui vero populi, qui a Flumine Tella supras Alpes incolunt, quibus tanquam ea invicem jungentibus, recluduntur, et antiquum nomen retinuere, et hodierno quoque die Carni populi passim nuncupantur. Hujus autem superioris Provincię descriptorus antiquitates antequam rem ipsam aggrediar, illius situs Locorum, qualitates, et incolentium mores explicare operę pretium fore existimavi, ut qui hęc perlegent quid ubique in ea gestum sit, facilius intelligere possint.

Omnis igitur Regio in quatuor partes divisa est, quę Communi illius gentibus vocabulo, at Quarteria, et Canales appellantur, quorum primum

ad Orientem Istam vergens, Tacavojum nomi-
natur, habetque Torrentem nomine Clarissimum
quod medium interfluit, quodve Butrium Fluvium
ingrediens, ambo Tilaventi aquas adaugent. Quod
ad Occidentem protenditur Subalexii Quarterium
est, in cujus Capite Nobile Tiliamentum flumen
exoritur, medium autem locum huic proximum
Quarterium Sancti Tenet, cui adhaerent Quarterium Divi
Petri a vetustissima Ecclesia Collegiata, et Apostolo-
rum Principis dicatu, nomen trahens. Hoc vallis
Butrium rapacissimum flumen excipit, Portum vero
Becarum, qui diversis ibidem locis in Tiliamentum
dilabuntur. Accedit Forto Flavis quoque flumen
celeberrimum, quod ex Monte quodam Sacia vocato
ortum ducens, indeque Arcton versus jactatissimus
Vallem Zappetam, cujus incolae, atsi Germanicae plu-
rumque utantur lingua, tamen ut inter Carnos
connumerantur, et Julnetinae jurisdictioni pareant,
per Cadubriensium montium anfractus sylvestri-
bus ripis praecipiti inter vasta devolvitur, excipitque
quae, mox agro Bellunensi, ut utrumque clemen-
tiam alveo propterlabens, et Natissum pondera vo-
hinens, Adriatico mari vere immiscet. Habet etiam
Quarterium Divi Petri Lacum subtus Pagum Tinavi

ex parissimis aquis ibidem scaturientibus confecturam, qui exquisiti sapori structas incolis subministrat. De regione vero ipsius ipsius Pagi ultra Brubim ex quodam Monte, qui ex progressis undique saxis constat in CCC. passuum altitudinem, unico fontium ore ex unguent uberrimam, ac perennes aquas, illice ad Pectrini, plurimorumque officinarum usum large abundeque sufficientes, a quibus Timavi nomen illi loco impositum fuisse credendum est. Paulo infra ex altero Primosii Montis latere exoritur rivus nomine Moscardus mire rapacitatis, cujus alveo incredibilis magnitudinis saxa projecti gurgite rotantur, modo in summo estuantia modo rursus in imum depressantia, ita ut ea durante vorticum impetu, aqua nullibi appareat, quae ingressa, illac inter stantes, vicum, aridamque arenam, quae solo de fluvii specium praefert, errantes in eam ingressi, et ipsi et equi rectore, et capita tenus demergantur, neque inde evadere prius sint nisi aliorum subsidio, qui ejusdem suspositis ne et ipsi in eadem incidant voragine, eos tandem egre tamen inde educunt, et periculo liberant. Solet progressu rivus hic quod miram omnibus videatur vel nullis ingruentibus imbribus, gelido tamen tempore, placido, ac sereno

cglo, eximiq magnitudinis saxa secum trahere, eosq; denique vorticas efficere, quos plurioris, nimborsque diebus circacet nullibi, ut diximus, prorsus aqua apparente. Idem quoque traditum est a Ioanne Boccatio de torrente quodam Camaldunis inter Pistoriensem, et Florentinum agrum fluente nisi hoc uno a nostro differt, quod illa decennio tantum, sicca postea longiore etiam intervallo, subito, ac fortuito motu, fragorumque ex imo tellure ventre cognitam vomitione, sed incolas ipsos fallat incautos. Hic vero singulis octavis temporibus eadem repente vicis, quam plurimum damnum agris, quos inter montium fauces capros prosternit, quotannis inferre consuevit, et cum nullum labentis vis augmentum afferatur, hic tamen liquet saxa quæ in medium producuntur vel inveteratum metu, et opinione effecta, vel rei veritate nixa (nihil enim temere affirmare ausim) non nullam rationem ejusdem commotionis adducit. Quidam enim Pastores illius Primasi montis accolæ mihi dixerunt, temporibus constanter affirmare non dubitarunt, quæ a se dum greges, et armenta illic pascerent, passim videre tanquam rotam ferream immanem aliquam molem attollentis ex puteo non sine magno rei horrore, eodemque

pene momento ingentium saxorum, ex ipso monte evulsorum, fragorem aeris etiam aliquando commotionem tonitrua, et grandines sequente subsequi solere nonnullosque interdum bovem proximum locum hunc depascentes, praecipites actos; quae omnia adseverant veteres perjurio in ipso monte, a quodam Domitio, dum de ejus finibus controversia est, quod perpetrato, cujus gesti paulo sequuta morte, ingentes terrentesque voces in hunc usque diem exaudiri, et ornibiles quasdam species illic in locis variantes videri observarunt. Sunt praeter eos qui sporadicis quae Alpibus continentur, plures. Pagi circa Tulmetium oppidum hortis carnea cepere, qui nomen dederunt praeterambulantes aquae Clementi Flaminii toto Forojulii celeberrimi, quod et ante conditum oppidum et postea per multos annos Tulmentum vulgo dicebatur, eaque nomine antiquitus appellatum fuisse, tam publica, quam privata tabulae declarant; postea vero mutato priore nomine, a Villa, et Veneto ex Phaetontis genere orti Villavenetum dici coeptum est. Constat siquidem Phaetontem ex Asiatica regione profugum cum Ligure ejus filio, a quo Ligures dicti sunt, multis ante Troianum annis eadem regione in Italiae occidentalem partem, se

ra. recepisse, aranquae Jam, quę nunc Venetia dę-
ctur tenuisse. Ex Ligure vero Cycnum, qui Cenoma-
nis nomen imposuit, originem duxit, et ab hoc Cyano
Eridanum qui Eridano Flavio nomen, hodie Padus,
indidit, et ex Eridano Venetum, qui Venetiam ora-
re jussit appellari, genitum fuisse proferunt,
a quo Tella deorum ex orbis suo, ab paterno nomi-
bus Jurebus Tellavento nomen fecit. Caeterum hi Pa-
gi in Plebes (sic enim nonnullorum vicorum colla-
tia Patrio nomine nuncupant) dividuntur quarum
primum habet locum Plebs Julmetii in eminenti
ultra Rubinum edita loco. Proximę sunt Plebes Invilini
Verulliarum, et Carvatii, quę singulę plures com-
plectuntur Pagos. Habet autem Plebs Carvatii locum
ab eodem denominatum, qui non solum pretiosi pago-
ris fructus vigendi gendo, sed etiam Anguillas ejus-
dem generis magnitudinis nullisque loci secundas, fu-
cios etiam ac Tineas, quales nusquam alibi reperias
optima alit, nil enim firmi in eo residet, namque
ipsum purę, nihil sordidum aquę ex proximis monti-
bus profundę efficiunt, et in longitudinem ultra
passus M. in latitudinem vero aliquando mille patet. 1000
Continet hęc omnes Regio Pagos CLII Rhenicis autem adeo est 152
ut eam ob ipsius agri infecunditatem, tum ad flumi-

rerum varietatem, quæ inenarrabile oculis afferebat oblectamentum, montibus denudatis, et nullis arboribus consitis, in agros, qui digne irruunt, et magnos terræ cumulos secum trahunt, struges ad in habitandum commodum, vitamque necessarios præstare nequeant. Importabilis tamen a Tarsalii frugibus, ac vinis maxime utuntur, magnusque apud eos lactis, piscisque usus est, piscium eximia habent uberrima, montesque non minus ad pascendum innumeram turbam alendo aptissimos, verum etiam proceris arboribus tam ad Navalem quam fabilem, et ignis usum pertinentibus refertos. Præterea hujus Regionis incolæ institoria industria, variisque generis Mercaturis, quam non modo Italo, et Germano solo, verum etiam in totius fere terrarum Orbis partibus circumferunt sibi, et suis victum quærunt, ex quo non quemadmodum nonnulli falso opinantur, eos Hebetes esse, stupidamque naturam, sed potius callido ad modum et sagaci ingenio res ipsa demonstrat, corpus enim, animumque assidue exercent diversamque nationem, quam omnes fere mundi regiones, incolunt. Illi enim frigoribus pruina plerumque frementibus, nam hyemali tempore foris, ac sub dio vacat sibique adjudicia venacatui labore, et industria parant. Sed ne quis eos agrestem omnino negligisse existimet,

nam quatuormis inermis adiata ad bruges colligendas domum reverterentur, exactoque reliquo omni tempore domesticis rebus componendis, remenia pro acta pro hyemem inter mercatura negotia statim repetunt, ex quo magnam sibi pecuniæ vim repetunt. Sic nec agriculturæ, quæ ipsis studii, nec reipsi locus est, neque peregrinationi aut labori vacant ipse suis eos vocabulis cognominavit. Quod autem Joannes Candidus Commentariorum Oppidanorum Lib. I. asserit Carnis Populos gattur eidem contemnere, aut maxillas plerumque excedat exedo dactissimum, at in historia conscribenda diligentissimum virum Locorum Imperitia, quod ejus pace dictum sit, facile in errorem adductum; rari enim sunt in hac Regione, qui huius vernaculi morbo laborent. Est tamen Vallis quædam huic Regioni finitima, quam Valiam latino nomine nominant dicere; incolæ vero Zaliam a Flumine, quod eam intersecat appellant, in qua maxime circa locum nominatum Lassachieram magna hominum pars aquarum, quibus utuntur, ut ipsi asserunt, vitio inevitabilem gattarum tumefactionem patiuntur, nec solum hoc corporis deformitate, sed etiam quibusdam morbis addictata, animique torpedine quamplurimi afficiuntur, ut etiam loquelæ usus adimpti esse videatur. Quapropter a

quibusdam Germaniæ Principibus (Vallis enim haec inter Germaniæ praeses adnumeratur) utpote qui divitiis, et opibus effluerunt hujusmodi homines jocis loco in deliciis habentur, et est in Convivijs tam regijs adhibentur, eorumque ineptijs ad cachinos, risumque excitantur, ut etiam suggestione anno quidem in gratiam nonnullorum Nobilium, nonnullos hujusce generis homines, ex eo, quem supra memoravimus loco, plaustris Viennam usque advexerit. Ego tamen magis pij, ac Christiani animi fore duxerim, ipsorum infelicitatis, ac miserijs moveri, quam obscenitijs delectari.

Sed nos ad propositum iter revertamur. Nec metallicarum quidem divitiarum prorsus expertes non est Carnorum Provincia; argenti enim fodinæ extant in Primorio Monte prope Pagum Primarum, et etiam in Arantio Canalij Forti. Ex Monte quoque Divi Petri prodeunt quædam aquæ, quas vernaculo sermone Pudias vocant, tam hyberna quam æstivo etiam tempore ebullientes, nec minus colore quam sapore, odoraque sulphurea, quibus anola pecudes ad scabiem expellendam et ad omnia alia, in quibus sulphur adhiberi solet utuntur. Uvæ quoque circa Tulmetium, nec non et infra, et supra exor-

rentur, ex quibus vinum efficiunt, quod licet hijemem diuturnij digestionij, acerbumve videatur, attivo tamen tempore in melioremm reductum naturam, et stomacho eam non adeo lædit, et sitim mire depellit. Carnes quoque cujuscunq; generis, et lautissimæ in proximis locis, primum sibi numerum vindicant. Præterea Venationibus, et aucupio, locus ipse consulto a natura aditus. Est enim adeo, in quo quidem Leporum, ac quorumvis generis avium ubique copia reperitur. Signunt autem superiores, et altiores Alpes candido, ac niveo colore lepores, quos Leporarij a Venatoribus captos nobis non semel et videre, et comedere licuit.

Quartenum autem illud, quod longissime ab Oppido Tulmetio extenditur, triginta quod vero proxime viginti Millia passuum complectitur. Fuit olim in hac regione ad radicem Montis Divi Petri vetustissimum, ac Nobilissimum Oppidum Julium Carnicum appellatum, in quo nunc est prorsus vicus, qui adhuc Julij nomen retinet, plurimaque diversis in locis arces et Castra ad numerum XXIV 24, e quibus sunt Castrum Tulmetij, Divi Laurentij, Laccij, Subrij, Duronij, Fusej, Varzagnij, Invillini, Tabelavij, Montij, Quintilij Varij, Illegij, et Cavatij paulo supra Lacum, quem superius descripsimus siti.

Ceterorum vero nomina vetustate, et scriptorum propria pereunt, de quibus alibi plura dicturi sumus. His autem singulis delebij omnium horum populorum iurisdictio per Patriarchas ad communitatem Tulmatij delata fuit, et adhuc Venetæ Reipublicæ benignitate, quod ipsam eadem residet auctoritas, ut infericus demonstrabimus. Locus autem fuerit totius Forojulij status ante Aquilejam conditam, cum propter eadem temporis vetustatem ipsius, ut non satis vera, sic pauca haberi potuerit notitia, breui compendio + res tantummodo Carnæ describuntur, hic omittenda duxi. Postquam igitur incumbentibus Barbarij S.C. decreto a P. Cornelio Scipione Nasica, C. Flaminio, et a L. Manlio Acidino, Latina Colonia Aquilejam deducta est, annum Prouinciam tam superiorem, quam inferiorem Romanorum Præsides, et Duces Aquilejæ eadem suam statuentes, sic regere continuarunt usque ad annum Vrbis CCCCXII quo Alaricus Thothorum Rex a Scythia cum CC militum millibus torrentis instar Forumiulij singressus superiorem, et inferiorem Regionem cædibus, et incendijs inuolvit, Romamque quondam Orbis Dominam per annum obsessam, famemque consumptam cepit, et incendijs anno ab 1169 Vrbe condita MCLXIX.

Parvo posthac intercedente tempore Valentiniani imperatoris tempestate Attila Hunnorum Rex innumerarum Barbarorum, Hunnorum scilicet, Sarmatarum, et Ostrogothorum falangem secum trahens, Istria devastata, Aquilejam per triennium obsedit, demumque captam funditus subvertit, sedente tunc Nicetae Patriarcha decimo nono post Divum Marcum. Concordiam quoque, et Altinum devastavit, ac omnem Forijulii Regionem, maximamque Italiæ partem incendijs, rapinis, ac cædibus stravit, quo tempore fertur arcam Ubinii, quæ in edito loco sita, velut specula domos supereminet domos, sita ut ejus prospectu in Patriam, fere universam se extendat, ab Attilæ militibus, Aquilejæ obsidione durante, conscita fuisse.

Ab his autem temporibus usque ad Imperium Iustini minoris tam gravibus, et frequentibus Barbarorum incursionibus, Italiæ vexatæ sunt, ut ad nihilum prope redacta videantur, dum brevi spatio, diversis tum origine, tum moribus, asperis, quæ rationibus miserrime crudeli insaevire cognoscantur, ita ut nullum habuerit firmum, ac durabile Dominium, vel saltem Dominii speciem Forijulienses, et Carni quæ eandem quam cæteri Italiæ

Populi fortunam experiebantur, et eo forsitan gravior, quod omnes pene a Barbaris in Italiam factæ irruptiones per Noricum, et eam quæ nunc Carinthia dicitur, Regionem primi ad expellendam immanem sanguinis Italici sitim, quam ipsi Barbari præferebant experiti esse videbantur. Infra enim prædictum tempus post Attilæ obitum, Ostrogothi Duce Vederico Forumjulii ingressi propere

A.C. 485 alii 490

runes Aquilejæ, Boatrum Italiæ Regem prælio superaverunt, omnemque demum Regionem circumjacentem, ac Italiam universam pervagabi, innumeras ubique strages, ac direptiones addidere; quos cum

1512

sceptro Totilas Gothorum Rex, imperante Justiniano Forumjulii ingressus universam Provinciam ipsam, Italiamque afflixit, ac Romam cepit, ac devastavit. Alboinus (a) deinum Longobardorum Rex

A.C. 568

imperante Justino minore, sedente Benedicto I Pontifice, Martianæ autem vigesimonono Patriarcha Aquilejæ Pannoniam linquens, et Longobardos in Italiam ducere constituit, innumeris quæ ruis

---

a. N. Alboinus cum bicentum millibus Longobardis Italiam ingressus est.

copijj Saxonum millia adjunxit, at per eam, quæ
ut supra diximus semper ad Italiæ exitum barbaros
interfecit. Pannonia enim decadentes, per Noricum
quæ prius Bavaria, nunc Austria dicitur pervenere
in Liburnias Provincias scilicet Forijulii hoc enim
nomine, et antea, et nunc designata fuit; omnemque
Regionem illam tam superiorem, quam inferiorem
sub ditione accepit; eamque Isulphum Nipotem
ei Provinciæ præfecit, et reliquæ Italiæ urbes oppugna-
re instituit, prout majorem revera illarum partem,
quam cito subegit. Firmata sibi Longobardorum sede,
et urbibus privatis Alboinus (a) Nobiles Longobardi
per amplas successores Ducis ex Regiæ ea prima-
tibus Duces creavere, quibus singulas Provinciales
regendas committerunt, et Isulphum (b) Forijulii pro-
vinciæ regionibus præfecerunt, quibus antea a Pa-
truo fuerat præpositus, quam regendi rationem Lon-
gevo postea tempore servaverunt, donec abominabi-
lem Dei Famulum, ad Monarchicum dominium

A. N. Alboinus progeniem Vandalorum ultimum regnum de
Gepidis minuendo, ad quod eum bibere archetypi et ve-
tustiores Cenimundi Gothi rui.

B. Isulphum Alboini Nepotem, alii dicunt Forijulij præfectum
posito obitum Clefi.

prevenit. Hi autem Sutrium, Camerinumque Provinciam una cum ea Italiæ parte, quæ adhuc ab ipsis Lombardia nominatur, sub Ducum titulo regendam cæperunt. Exercitum autem Romæ Imperii Rempublicam tutante Benigno IV Pontifice Maximo, et Agilulpho Longobardorum (a) Rege Avarum, Hunnique, qui et Bavari dicuntur e Norico in Italiam profecti. Forum Julii civitatem, quibus finitimus ejus Provinciæ partes tenentibus, Grimoaldus Dux, qui Arichi successerat cum omnibus ejus provinciæ urbibus ad arma capiendum idoneis occurrit, collectisque signis acriter utrinque pugnatum est, quo in prælio Grimoaldus multos confectos vulneribus oppetivit, cujus etiam quamplurimos Longobardorum milites. Avarum autem victor provincia passim rapuit, et incendio vastata cunctisque circum oppidis Cormono, Artenia, Glemona, Otopo per vim aut deditionem receptis cum exercitu ad superiores Carnorum partes se contulit, quia in Oppidum tunc munitissimum in ipso Alpium

---

a. Agilulphus Theodelindæ mortuo jam viro Longobardorum Rege, despondet sibi Theodelindam ante septimum Viduam, et mox proclamatur Longobardorum Rex.

Pingensis positum Sirulphi conjugem una cum Primatum Longobardorum uxoribus opes magnas locorum naturam probam intalisse audierat. Obsederunt igitur Oppidum Avari, eoque brevi tempore prodicionis genere potiti sunt. Cum enim Romilda Sirulpho non ut supra dixi may orbata Avarorum Regem ornat a capillo insignem auratoque Clamide fulgentem circa Oppidum inequitantem fuisset intuita, statim ipsius amore capta sese, Oppidumque ei tradidit, pacto prius inito de conjugio cum ipso contrahendo. Avarus accepto in dicionem Oppido, una tantum nocte Feminam ad ea admisit, quam postea duodecim militibus tradidit, abutendam dimisitque Plebe, ac preda ex Oppido comportata, illud combussit, funditusque delevit, adeo ut vix ullum vestigia postea apparuerunt. Licet autem nonnulli inter quos Commentarius Aquilejensis Lib: 4 hec in eo loco evenisse scribit, ubi nunc est Civitas Austriq; ibique Julium Oppidum ab Avaris exustum fuisse asserit; opinio non placet. Ego tamen pluribus utrens argumentis affirmare ausim, hec potius in Julio Oppido, quod in Carnea nobilissimum extitisse non ambigitur, quo in loco adhuc est Pagus Julium appellatur, ab Avaris fuisse gesta. Blondus enim Decade prima Lib: 4 Julium Supramontanum

in ipsis Montium faucibus positum fuisse scribit, denique Justinianus Venetor. Histor. Lib. 7 confirmat quod quidem de situ, ubi Civitas Austriæ posita est nullo modo dici potest, quemadmodum planus, paterque loco existens. Quocirca omnibus quidem probabilius esse debet, Longobardorum Ducem, reliquosque ejus gentis Primates, Avares, et Gepam in Oppidum Julium inter Carnos sitam contulisse, cum eum et ipsum in Montium faucibus esset, et 30 Millia fere passuum distans a locis hostium incursionibus expositis, quod quidem loco, et natura longe majorem hostium numerum defendi poterat, quam in plano, et patenti Oppido, ac primis inimicorum in Provinciam irruptionibus patentem cujusmodi est memorata Civitati Austriæ sita, omnes enim viæ, quibus in Italiam Barbari iter patuit circa Civitatem vel paulo longius esse nemo est, qui nesciat, veluti Verruca Montis Falcone ex dictis, et Monitia longe latissima ex Liburnis, Tarvisio, et Monicis, Julia ex Carinthia. Constat præterea Julium antedictum fundibus ab Avaris aversum una Blondi verba plane demonstrant; Hæc enim scribit, præda in oppido exportata, Avares edificiis ignem immi-

serunt, nec prius inde moriri Dax, quam oppidum nunc ſi=
mum, opulentiſſimumque solo æquatum vidit. Sabellius
quoque de vetuſtate Aquiſgrani libro 4 poſt Iulii e=
versionem, de qua ſuperius egimus deſcripſit, et subdit.
Quæ ita ſe habent. Paulus Diaconus, qui ejus rei
auctor eſt, videat quemodo oppidum, quod Civita=
tem appellat Forojulii eſſe voluit, cujus veſtigia
non modo non evanuere, ſed inde oppidum Patriæ
locus ipſa frequentiſſimus eſt. Quibus addactis
rationibus Clariſſimus Nobilitate, et doctrina Ber
nardus Valſperianus Venetus ſcriptor libro deſtimo
deſcripta priſcæ oppidi dedentione illud, inquit,
avari ab ipſis radicibus everterunt, ut non ſolum
inſtauratum nunquam ſit, ſed ubidam ſitum fuerit
nullis certioribus veſtigiis, aut monumentis conſtet,
niſi quod dum in ea Provincia Legationis munere
perfuncti admiraremur interjecta nobilis oppidi
veſtigia, et ſcrutaremur et vicolas, et locum, reper=
tus eſt ingreſſu Algidum aliquanto ſupra Tulme=
tium vicus adhuc cum nobili eccleſia, cui pavi=
menta conſpiciebantur Muſaico opere dejecta, et
Cryptæ juxta templum antiquis, et magnis vinci=
is cubiculis. Ejus loci nomen cum quæreremus, et
Sublacum reſpondiſſent facile intelleximus locum eſſe

quam quę nunc Barum, et Iulium corrupto nomine appellant. Hęc Vigilius. Constat autem plurimis argumentis oppidum prędictum a Iulio Cęsare conditum fuisse, cum illac ipse cum exercitu contra Helvetios profectus esset. Audito Helvetiorum motu Cęsar, ut idem ipse libro primo de bello Gallico testatur duas in Italia legiones conscripsit, et tres, quę circa Aquilejam hyemabant ex hybernis adduxit, et qua primum iter in ulteriorem Galliam per alpes erat cum illis legionibus ire contendit. Cęterum earum alpium adibus Helvetii occupaverunt, præsidiisque munierant, ne illa Romanus Consul exercitum traduceret. Porro quidem quoque die nulla est præpotentior, aut brevior via ex Forojulio in Helvetios proficiscentibus, vel inde huc meantibus, quam ea, quę tendit per montem Croci in limine Quarterii Divi Patri sicum, in quo Iulium quoque oppidum extitisse demonstrabimus, quo in monte, quę antea difficilior fuerat permeabilis redderet a Iulio Cęsare curatum est. Cujus rei monumenta sunt quędam litterę, medio fere montis ascensu, ad magno incisę saxo, quę hujusmodi sunt.

Julius Cęsar hanc viam invium notabilem fecit

Ea vero ratione oppidum suprædictum a Cęsare

condtum, at munitum fuisse credendum est, cum ut
si non pardonito hoste, humanæ necessitatis vis, eam
a Gallia, quam petebat, repellisset, id postea relinquere
vel veluti liberi regressus pignus, at præsidium; tum
etiam ne eadem via Barbaris in Forum julium ingredi
conantibus pateret, Oppidum in Alpium radicis tam
quam firmum propugnaculum opposuit. Sunt
præterea Bagi nonnulli tam supra, quam infra locum,
in quo Julium esse diximus, quorum nomina red-
dunt antiquitatem ut Formiæ, Seccia, Aveta, Nu-
ceria, et Satrium, quorum incolæ etiam nostra tem-
pestate sepulcrum vermiculato opere fragmenta
marmorea columnas, fractas tamen exaravere,
lapidesque, in quibus mortuorum cineres antiqui repo-
nebant, reperti sunt, et plura etiam sepulcra e
magnis quibusdam saxis excisa. Probat insuper
tum antiquitatem, tum nobilitatem vetustissi-
mum Templum in electo montis carmine positum,
et Apostolorum Principi dicatum, cui Præpositus
cum octo Canonicis inserviunt, quorum quidam
Capitolium, præter Aquilejense, cæteris totius Patriæ
vetustate præcedit, habetque Præpositus locum, au-
toritatemque suffragii in Generali Patriæ Parlamen-
to, multa præterea extant in ipso Julii vica anti-

quitatis vestigia, ac inter easdem in vestibulo Ecclesiæ Divi Leonardi templorum injuria adgestum quadam saxum in quo hujusmodi litteræ inspiciuntur.

SSS. A.....

Pecunia refecere, et inaurata in Fastigio V....
. et Signa duo Dedevunt Anco P.L. Principe
.....Portitor Sex l'Argentillo Mag: vici
ex eodem loco altera lapidis Venetiis adducti
hujusmodi est.

Sex Erbonius Sex. Sex L. Fon.
Egontius Primi, et Genti: IV. C.
X Votticius Argentill. Anno I
Titius T.L.....Filemo Phile..
X Erbonius. Sex. L. Philogen
Gavius Philemonis L. Hilari
Egontius LL Stephanus
Mutuius Ditionis. Senctio
Savius LL Gratus
La. Rus. Votti. T. Ser.
Aqistri ędem Herculis D.S.P.
X Erbonio Sex. Disphilo.
Evintilo M.L. Donato
Mag: Vici.

In Angulo Ecclesiæ Plebis Julmetii ex eodem loco expor-

Ratisbonæ, ibique reperitum est saxum cum his litteris

M. Iuventius
M. F. CIA
OCLatus Vet.
Coh VIII PRAET.
T. F. I. SIBI

Sulmonii quoque in gentis sodalitio Sottiadis ea eadem loca est aliud saxum

L. Cominius L. M. L.
Natira
L. L. L. Philostratus
V. F Sibi, et suis.
L. L. L. Cilo
L. L. L. PÆtus
L. L. L. Princeps
Cominia L. L. Vrbana
L. L. L. Galata

duo jam fragmenta Marmorea in viæ Iulii in quodam muro inserta inspiciuntur his litteris.

Pub. Carsidius - - - - -
M. adduxere - - - - -
Hoc Victor - - - - - -
Regontius - - - - - -
Sementi - - - - -

multa pręterea ipsius loci vestigia aut vetustate obscurata consumpta fuisse, aut aliorum incolentium negligentia asportata fuerint. Hęc nos dissertatione prosequi statuimus, et fortasse longiora, quam res ipsa per se clara exigere videbatur, ut quod verisimiliter de Iulii Oppidi situ cogentibus videbitur, id et probare et tenere liceat; et ne cui videremur parum considerate fuisse, qui aliud quam Paulus Diaconus antiquus harum rerum scriptor, et Ioannes Candidus vir apprime doctus de Iulio senserunt, tenere, et affirmare ausi fuerimus non enim parum hęc argumenta docti virorum hominum sententia comprobata nobis valere visa sunt ad dignoscendum utrum in hanc potius Carnię regionem, an ubi nunc est Civitatum antiquum, et Nobile Iulium Oppidum exhibuerint. Ista autem a nobis, non contentionis alicuius gratia scripta sunt quę, et natura, et instituto semper abhorruimus, sed ut Patrię nostrę, cui vitam ipsam nos debere fatemur quantum in nobis est monumentis consuleremus. Iulio Oppido igitur ut supra vidimus, famine libidine, et opum, cupidoque fanditusque averso magnam Avarii prędam, ingentesque mortalium numerum secum adduxere, inter quos Laco, et Zabe nostri nati, ac Godoaldus, et

Grimoaldus minores Liudphi Filii capti sunt, duæque eorum sorores, quæ non modo formæ singularis, sed etiam spectata pudicitia insignes fuerunt, eisdem in matrimonium collocatæ sunt, at adolescentes parvo interjecto temporis intervallo hostilem manum evasi, ad suam Patriam reversi, non modo Paternum Ducatum recuperaverunt, sed etiam latissime protulerunt. Hi ultra Patriæ hujusque superioris Regionis fines, eam Germaniæ, partem, quæ nunc Silva corrupto vocabulo, alias Julia dicebatur ut initio Libri significavimus imperio suo addixere; sed dum Caco, et Fasce mirabili concordia Ducatum regunt, Gregorii Romani Patricii fraude Oppitergium accessiti, ibi dolose (licet non inulti) at crudeliter occisi sunt, quorum necem Grimoaldus eorum frater, Longobardorum Regno adepto graviter ultus est, ita ut Oppitergium, ubi eodem patrata fuerat fraudibus exercuit. Tasconi, et Trabi in Forojulii Ducatu successit Gisulphus Patruus, qui ea fraudibus Arodoaldo, e Grimoaldo Gasconis, tradibus addescantibus. Quo vita functo venit ad Ducatus Dominium, Arge cognomento Ferreus, qui ibidem ab humano excessit, Lupus Ducatum adeptus est, cujus quidem nomini mores minime congruebant, nisi nemque fuit rapacitatis, ut ne

Ecclesiasticis quidam ornamentis parcebat. Is demum cum Avaris a Grimoaldo Rege contra eum accitis, pugnans interiit una cum Varnephrido ejus filio. Dum armis Paternum Principatum recuperare conatur. Post hunc Lautharius Ducatum obtinuit, sed nihil memorię dignum gessit, cui successit Godoaldus, qui dum a Patria abesset ab Ariphrito quodam Apulus fuit. Ariphritus tandem Principatum fraude comparatum paulo post amisit, a Cunaberto enim Rege Veronę captus, et lucis orbatus in exilium cedere coactus fuit. Quibus sita se se habentibus, Aldo Godoaldi frater tamquam Legatus ducatum administravit, et post hunc Parthalphus, qui sclavos hostes aggressus temeritatis suę, pœnas dedit miserabiliter animam cum magna Forojulianensium parte cecidit, cique Grimoaldus Dux subrogatus est, qui eum Regis iram in se concitasset oculi orbatus, in exilium relegatus est. Huic Perno in Ducatu substituitur, qui sclavos triplici prœlio ingenti edicta strage adeo devicit, ut longo post tempore Forojulianensium arma formidaverint. Cum autem Petrus Calistum Aquilejensium Patriarchatum assumptum, dejectum in[i] meore vellet, ab ipso Rege Ducatu spoliatus est, cui Rachis filius suffectus est. Circa autem hęc tempora Desiderius ultimus Longobardorum Rex dum

Adriano Pontif: Maxim bellum intulisset a Carolo Magno Francorum Rege ingenti prælio devictus fugit et una cum uxore, liberisque Cajetæ Ducatui perpetuum egit exilium, ita quæ Longobardorum Regnum quod in Italia annos 202 floruit, penitus interiit. Ceæu tamen eladem Berengarius Forojuliensium Dux, genere Longobardus paulo post ultus est, Ludovicum namque ex Carolo Magno propugnatum devicit, ipsaque postea Imperii sceptrum, quod Francis multos gesserunt annos, obtinuit.

Carolus Magnus vir et rebus bellicis, et pietate insignis quæ Paulino Aquileiensi Patriarchæ complures Pagos et jurisdictiones in Forojulio, et Istria liberaliter largitus est, quæ quidem omnia non solum a Lothario Berengario II, et aliis Imperii Successoribus ad Othonem usque rata habita fuere, verum etiam ab ipso Othone non pauca Aquileiensis Patriarcha obtinuit privilegia. Hic fuit Otho Imperator ejus nominis tertius, qui anno salutis 996 Imperium a Gallis, et Longobardis in Germaniam transtulit Gregorii V Pont: Max: ejusdemque rogatu Conradus postea Cæsar ejus nominis secundus Popone Patriarchæ universum Ducatum Forojuliensium, et Istriæ Marchionatum, cum immunitate prædii tradidit,

ac. episco vis vigenti Ecclesiarum prefecit, vinqua Forojuliensium Ducatus a Longobardis ad aquile-jenses Patriarchas translatus fuit anno Domini. Vigesimo quarto supra millesimum sonz— —

Finis Libri Primi

Fabii Quintiliani Hermacora
De antiquitatibus Carnez
Liber secundus.

Quia superiori libro dum de universo Forojulii ha-bu agerem, non nullorum Patriarcharum, qui Ducibus summam rerum administrantibus, sacris tantummodo prefuerant diuter mentio facta est, atque ad hunc locum tandem devenimus, quomodo quemad modum aquile-jensis Ducatus cum Istrie Marchionatu conjunctus ad eosdem aquilejenses antistites Caroruin liberalita-te fuerit translatum ostendimus, operae pretium existi-mavi, hic de ipsius Patriarchatus initio, de Divino Verbi a primis illis nostre Salutis auctoribus semine jacto in has regiones, que communi omnium vocabulo Patria ad vindicandam mutuam caritatem, appellatur est, de

monumentorum denique Patriarcharum rebus gestis pertinere videbuntur, reliquis usque ad Romanum Pontificem sub silentio positis pauca perscripsimus. Quod equidem gravius mihi faciendum intelligo, quia hæc ipsa quidem a doctissimis viris, quorum monumenta quotidie inter omnium manus versantur, ubertim, ac tersissimo stylo descripta fuisse non ignoro, et si eorum scriptis quidquam, dum ea detrahere aut ab ipsis quasi prælibatum transplantare conarer, non injuria, non arrogantiæ a quibus longissima abrum, crimen mihi esto obiciendum. Postquam igitur facta Antiochenæ Ecclesiæ fundamenta, cum Petrus Apostolorum Princeps Romæ totius Christianæ Reipublicæ sedem collocasset, primusque ibi summus Pontifex, ac Christi Vicarius, Divina affluente gratia, feliciter Ecclesiam administraret, Marcum discipulum suum, qui Brave Evangelium ex ipsius Apostoli ore excepturn conscripsit. Aquileiam hunc inter Urbes Italiæ clarissimam ut illic Divinum Verbum disseminaret dimisit. Hic postquam illuc ingressus, primum ibi Christum annuntians Ecclesiam constituit, tantaque se præbuit doctrinæ, et vitæ continentia, ut omnes Christi sectatores per ejus vestigia gressus suos dirigere niterentur. Post aliquod

vero tempore Marcus præceptorem suum videre, Romamque se conferre cupiens, clamante Populo, Passorumque postulante Hermacoram Aquilejensem Pastorem declaravit, quem secum ad Apostolorum Principem perductum, ac quasi præcipuum familiarem talentum ad ipsius Pontificis gradus projectum, ab eodem in Patriarchatu confirmandum curavit. At vero Aquilejenses diutius Pastore carerent, Hermacoras accepto Pallii Patriarchalis insigni, revertitur in Patriam, Aquilejensem Ecclesiam mire componit ordine, ac tandem a Nerone Imperatore una cum Fortunato Diacono cervicibus abscissis, Martirio decoratus est. Ubi quidem non pauci illius successores sequentibus Imperatorum persecutionibus per agonem Martirii ad Cœlestia Regna advolarunt. Constantino vero Magno ad Christum converso, cum Imperatorii gladio in Christicolas a Præsidibus instituta executiones defecerunt, Christi nomen ubique una cum Patriarchali dignitate coalescere, quæ quidem in Aquileja mirabiliter aucta est usque ad Nicetam Patriarcham XX qui sedit annos 32, quo tempore Aquileja ab Attila devastata, et usque eousque est, non ideo tamen

subla one Fo nu- anno 450

sunt hic Patriarchæ usque ad Vicarii usque ad Paulum

in ipsius Urbis ruinis residere nequiverunt, dum illius reliquias instaurarent, dum etiam totius Provinciæ populos, quantum in eis erat reformarent. Verum cum Longobardi, sedente eodem Paulo universam Provinciam superiorem, et inferiorem, ut primo libro demonstratum est, invasissent omnique rapinâ, et incendiis crudeliter, adeoque vastassent eadem Antiochiæ Patriarchalem sedem totamque illius Sanctum Synodum transtulit, quam postea Aquilejam appellavit, ibique sedevant Patriarchæ usque ad Joannem vigesimum octavum, qui Antiochiæ creatus de Agisulphi Longobardorum Regis voluntate, deinceps, et ipse, et ejus successores usque ad Callistum vigesimum quartum Cormonsedem Patriarchalem collocarunt. Episcopo, quem sibi Longobardi delegarunt in Civitate Austriæ jurisdictione. Callistus igitur ingentis animi, ac clarissimo sanguine natus, Patriarchalem sedem in loco obscuro, Episcopum vero in nobilissimi constitutum indignatus Amantium Episcopum ex ipsa Civitate dejecit, qui ipse mox cum sede migravit, ibique singuli ejus successione consueverant usque ad Popaonem Patriarcham, qui Forojulii. Hinc cum abbatiæ Moronensi unitæ conjunctis Aquilejæ, iterum

vidam transtulit, ubi gradu, at pejuerandi omnia
bus, vita decessit. Reliquorum vero Archiepiscopo
rum gesta usque ad Bertoldum hic omittendo ejusdem
cum nihil nobis ad institutum historiam pertinere
videantur, cujus quidem temporibus ejusmodi Car
nea Status fuit ejusmodi cum infrascripta demonstra
bimus. Nam a Julii Oppidi eversione, quam in
ferior Liber docuit, usque ad ipsum Bertoldum
Patriarcham, plures alii generis nobilitate, at divitia
rum copia pollentes, hanc Carneæ Provinciam inco
lere non desiderarunt; cumque Herculis Filii Poten
tum Principatum vindicassent, quibus comites de
fuerunt benemeriti ejusdem Castrorum, quorum adhuc
in Carnea extant vestigia qdificandorum pote
statem permiserunt, at adjacentium Pagorum
jurisdictionem liberaliter largiti sunt. Sic Car
nium Julmatii, Villegii, S. Laurentii, Juvelini
Labellii, Montis, Luincij, Civitatis, Decij, Julii, at
que alias memoravimus, cæteraque plura, quorum
nomina vetustate periere, condita sunt, quæ penes
etiam totius Provinciæ Carneæ jurisdictio, prout
quibusque Principis liberalitas fuerant largita, diu
permansit. In quorum numerum respondentem
etiam, cum eo Castrum, ubi nunc Ecclesia Protho-

martiri Stephano dicata erecta est, edita in loco
paulo supra lacum Carvatii, cujus quæ rei argu-
menta esse possunt cum cogitabam tum veteres numi
e puteis circa ipsum lacum suos piscantibus q regen
effossi. Ego quidem proxime vidi duos nummos ibi
dem excavatos, alterum quidem aureum, in quo
ea una parte Diui Iuliani Imperatoris effigies ea
literis appositis expressa conjicitur, ex altera
vero Victoriæ qualis a vetustis fingi solebant cum
ejus nominis inscriptione cernitur. alterum
vero æreum in quo ab uno latere C. Portij Catonis, a.
ab altero vero Calphurnij, b. Pisonis filiæ effigies
expressæ visuntur. Verum enimvero, quæ in hac re gi-
one usque ad Bertoldum acciderunt, cum nihil com-
perti præ scriptorum inopia, reperiri potuerit, ea
adscribere nobis minime licuit. Cæterum ipsius
Bertoldi tempestate, qui Moraviensis Ducis filius,
dum Colonienſi Archiepiscopatui præesset ad Ba-
biercaburn delectus fuit infestissimum contra eum bel-
lum exoritur. Plures enim Boiorum, et Carnæ Fen-
datoriorum Castrorum Domini ejus Imperium de-
trectabant, inter quos huic commemoratur Federicus,

---

a. L. Calpurnius P. Consul. ann. ab V.C. 696, ante natum Xti. 56 Imper
Tulio vide idem tempus fuit C. Portius Cato

et Artaicus Caponiaci, Henricus Villatęus, Dechinus Fontebonus, Artuicus Straoldus, Rodulphus Savorgnanus, Conradus, et Artaicus Castellarii, Bernardinus, et Ludovicus Luffumbergii, Jacobus Rudinus, et Aldericus Pulcenicus. Hi omnes quos facillus Patriarcha obtinere posse sunt, adjunctis sibi Varisinorum viribus anno CCXIX ingrauescentem ante diem 17 Kalendas Septembris comam Ezzelino a Vicecomitibus de Vicelomitibus Forojulii. Prędę in Civitatem numerum ad scripta Jerare, singulisque omnia Castella in Forojulio, et Carnea ditioni suę subjecta Varisinis cesserunt, donare dederunt, inde ex quibus Federicus, et Artuicus Caponiacii, non modo Varentum, Prosebum, et Caponiacum, verum etiam Castrum S. Laurentii Castrum Invillini, quę in Carnea ipsi obtinuerant, concedere non sunt veriti. Insuper una simul Varisinis in subsidium bellum CL. librarum millia denariorum Varonensium polliciti sunt, quorum Aldericus Pulcenicus 16, Luffumbergius 3, Villatęus 32, Castellarius 3, Rubeus 5, Savorgnanus 8, Straoldus 8, Fontebonus 6, Federicus, et Artuicus Caponiacii 32 librarum millia, aliique reliqua prębarent. Cum vero Varisini additis iij. quos commemorauimus Forojulienses copiis plura non modo Feltrensi, ac Bellunensi, sed etiam

Aquilejensi Ecclesiæ damna intulisset, gravioraque
que in dies inferret, tandemque anno salutis 1219
quarto Kal: Novem: Honorius Bertino Rom. Max.
Patriarchæ, illiusque Legati precibus, et lacrimis per
motus Tarvisinus, eorumque socios Sacris interdixit.
Præterea a Principe Veneto Patavinis, Vicentinis, as
Veronensibus, et dum Tarvisini, sociique in ejusmodi
pertinacia permanerent, aurum aditus, et Comercia
eum effugeretur, contendit. Idem Roman Pontifex, re
sipiscendi prius in gratiam inique Sedis patriæ reve
sis, quæcumque inter ipsos, et Patriarcham Aqui
lejensem dissensiones sedandas curavit. Antonio
Trozdueense, et Leonardo Nuntii Parmensi arbitris
datis, quæ quidem in re præcipuus Hugonis Mostien
si Episcopi, Pontificiique Legati opera amicuit
reddita Provinciæ pace. Circa hæc fere tempora For
tugruense Oppidum ædificari cæptum est, et Che
zelinus Chezeli Comes Germanus Monasterium Divi
Galli nomine dicatum, quod Moracense dicitur, ex
suo construxit, amplissimaque structura accessione
ditavit. Demum Bertoldo vita functo Gregorius
Montelongus magni animi vir, ob egregiam abeo
pro Ecclesia Catholica navatam operam ab Inno: cir. ann. 1245
centio IV. in Patriarcham ejus nomine est. Tarvisium

enim, quę dum ipse Pontificis nomine Bononię præ-
esset ad Federicum Cęsarem defecerat ut cepit,
Parmamque ab eodem Federico obsessum liberavit,
is dum Carneam Provinciam prout eğdem Patriar-
chatui loca undequaque vicinabat, et in castro Tabur-
tii, ut ipsius regionis statum componeret, aliquan-
diu commoratus fuisset, loci situ, licet montibus undique
septus, delectatus Forum ibi constituere decrevit, ubi
nunc est oppidum, et in diei majorum hominum
frequentia adaugeretur, vana animi tumescens ędi-
ficia. Quamobrem publice sanciret edicto, quod-
quicumque vel aliena jurisdictionis domos ędificare
possetis ipso Tulmetii oppido, tum ebiam prata,
pascua, terrasque inculta ad culturam redigere, ac
cujuscunque generis ędificia supra sive, et flu-
minum per ipsorum agrum labentia, constituere liceret.
Insuper ut Populi Esterni, Carnique oppidum ipsum
dum ope lucri alliciti, tum etiam necessitate coacti
frequentarent, statuit, ne quo in totius Carnię loco
quispiam Forensis, sive Carnicus aliquod Mercimonii
genus exerceret, prę ceteris in Foro Tulmetii, gravi-
bus his, qui secus facerent, propositis pœnis. Quo factum
est, ut in diei locum ipsa, non incolentium modo nu-
mero, verum etiam mercium frequentia coalescerent.

Idem quoque Patriarcha Ruitpertum Subclavium, qui
prius Subclavii Castrum jure vecti, at Legati Rhenidi
occupaverat, confirmavit in omnibus Rhenidis, quæ dum
Armacia dicebantur, alim ad Castrum Lacis pertinen-
tibus. Anno post id Pontificatus Gregorius in Civitate
Aquileia decessit ibique sepultus juxta Paulini tumu-
lum, cui in successorem electum Philippum Corinthi-
que Ducem, cum vellet Gregorius X Pont: Max: in Pa-
triarchatu confirmare, Sedes quadriennio vacavit. Da-
mum Idem Pontifex Maximus Turrianum Mediolanen-
sem, Comanorumque Episcopo in Patriarcham elegit, qui
quidem illustri genere natus. | ejus enim Gentiles de Me-
diolanensi Principatu cum Vicecomitibus tunc decer-
bant | iis omnibus fulgebat virtutibus; quæ domi, foris-
que vero Principi dignæ desiderari solent. At univer-
sis enim Forojulii populis ingenti, supra quam dici
potest, lætitia exceptus, mirabili æquitate credibus
sibi Principatum administravit, bonumque abfuit, ut
aliunde usquam appetierit, vel nova aliqua populi
onera imposuerit, licet diversa bella gerens, ea achaia exact-
ri vel ea, quæ sibi jure optimo communi omnium con-
sensu debebantur, magnificentissime remiserit. Cui vel
testimonio sicuti inter cætera magni momenti vetu-
stæ Utinensibus condonata munia, quibus oppidum

reptum est inmolata portoq̃ unumquem
Tulmatii omnium rerum in ipso Oppido vendendarum
Tulmetinis liberaliter remissum. Quare non immerito
in dyplice Porte et regionis, at inferioris prę dicti
Oppidi in hodiernum usque diem Turris, et sceptra
antiquissimum Familię Hemmeta conspiciuntur, quę
Tulmetini beneficii memores, et observantię suę erga
Tarsianorum Familiam in monumentum posuere.
Privilegia quoque, et immunitates a Gregorio ejus
Prędecessore concessas per publicas literas ratas habere
mandavit eamque de statutis super rebus in Carnea
vendendis discriptaretur ipsa Ozaimundus antece[s]=
soris sanctionem ita utiliter probavit est, ut scilicet
Carnis pecudis in locis rej ad victum necessarias
cujuscumq̃ generis inter se vendere liceret, dummodo
neme nem ab altero emptam vendere auderet,
ceu non emere, emptamque vendere minime li-
ceret ipsum ad ejusdem usum comparare, contrarium,
gravi indicta pęna, ne quis mercatura gratia
quidquam venderet prohibeque Tulmatii. Cum
vero antiqua taverna Castrorum S. Laurentii, et inuil
lino aliis per dictatorem Caporiacum, et Federi
cum ejus filium postrema, ad Cathedralem sedem
devoluta essent; Archiepiscopus de Castello, prędicto pri
us more majorum, fidelitatis juramento, eadem

ab ipso impetrauit anno a Christo nato 1421. Hoc
ibidem anno Ricardus Subclauius obiit, et liberam
partem suam Castri Subclauii, Pagique inhaerentis
in manibus ejusdem Canonicorum cum resignasset,
stephana ipsius Ricardi propinqua tradita fuit.
Circa festum Epiphaniae Hermanus quoque, et
Franciscus Illagii Carnaei plenam eorum in Castro
Feuda Leonardo Pregnatico Forijulij Ciuitatensibus
Largiti sunt, quae postea ab ipsis, siue hęredibus
Ciuitatensi Capitulo jure legati relicta fuere;
quorum hodierno quoque die ab eadem Capitulo
fructus ex Carnea exiguntur. Raimundo postea
vita functo Petrus Iauius Capellanus Archiepi-
scopus Patriarchatus ..... fuit annum unum, dies
decem, cui Otto Cuna Paduanus Episcopus succes-
sit nonus, et sexagesimus Patriarcha. Is grauem bellum
gessit cum Carinthiae Ducibus, et Ricardo Car-
nioniae cui plures tum Forijulienses, tum Car-
niae Castellani adhaerebant, demum cum in illius sub-
sidium Henricus Lonibij Comes cum auxiliarijs
Copijs venisset, cumque Patriarcha totius exerci-
tus Imperatorem declarasset, collata magna
militum copia, et seruentibus alijs omnibus Ciui-
tatibus tam supra, quam infra, signisque collatis

victoria potitus est. Hac mora Tarchię comes Patriarchę jussu eidem cum copijs, quibus hostes devicerat Brixiam obsedit, cepit, et diruit, Forumque Henrico Imperatori equite capite mulctato expugnabit. Castra inde metatus ad Caporiacum cum venisset, victa tandem Lodovici Caporiaci pertinacia intendit, ipsumque Lodovicum Lodovicum duxit Captivum, quem postea vara conjuge pluribus in Villalta et Tarvisio praesidi comitibus pro ejus redemptione traditis captivitate liberavit. Ejusdemque quoque Patriarchę tempore Illegium Castrum igne, vel casu, vel consultò, ut multi opinantur, flandibus combustum est, paucisque post modum annis Lodovicus Illegius cum plurimis bona sua Capitalia S. Petri in Carnea concessisset, ipse una cum Federico Hermanni Illegii filio, ac Hecchenardo Henrici Quintii pariter filio Civitatem Austriæ migravunt, ubi inter nobiles civis adscripti fuere. Ottobono successit Castonus Tarvisanus, qui immatura morte praeventus, Patriarchalis sede frui non potuit, devoluta dignitate in Paganum ex eadem familia ortum anno a partu Virginis 1323 Talmetini tunc primum civilibus discordijs conflictari cepti sunt, Ancillotusque anam, at

Joannes Bertoldi, nec non Tadeus Candidus cum sibi
